

voluntatis placet; optativus autem modus non significat actum presentem, sed futurum, & suspensum conditionis. dicere enim si peccarem, vellem satisfacere hunc habet sensum, si peccarem, haberem actum, quo eligerem satisfactionem. Sed salutariter hujus doctrine jam ostendimus *disp. 7. de Anima q. 5. art. 2. m. 102.* ubi contra Vasquez, & alios Recentiores docuimus cum Scoto, dari posse aliquid actum voluntatis elicatum, qui sit presentis, & adhuc sit conditionatus, in eo enim casu diceretur conditionatus, non quia conditio te teneat ex parte ipsius, quasi *ly vellem* significet non volitionem, quae sit de presentibus in voluntate, sed quae esset ut peccetam Recentiores illi intellexerunt, sed ita ut conditio te teneat ex parte objecti, ubi explicamus, Melius ergo rejicitur ille dicendi modus, quia licet in Christo, & Beatis concedi possit simplex amoris affectus erga compensationem in genere, & simplex odium, & displicentia de peccato, quia circa etiam bonum impossibile potest dari simplex affectus amoris, & circa malum impossibile simplex affectus odii; hi tamen affectus vere non sunt actus specialis penitentiae, de qua hic est sermo, ut etiam notavit ipse Caspensis ibidem, quia difficultas specialis hujus virtutis praesertim posita est in efficacia intentione compensandi, & vindicandi peccatum, quae etiam est expressa Scoti doctrina *4. dist. 14. q. 1. c. 1. de secunda Conclusioni*, ubi inquit, quod velle punire, quae est primus actus iustitiae vindicativae, esse velle imperativum, seu efficaciam conjugens causas proximas ipsius punitionis passivae; talis autem non est actus ille conditionatus, si peccarem, vel peccare possem, satisfacere vellem, quia circa impossibiles actus efficaciam amoris, vel odii dari non potest, ut constat ex dictis *disp. cit. de Anima*.

42 Alii proinde dicunt, in Christo, B. Virgine, Beatis, & innocentibus posse ad mitti virtutem penitentiae, quia etiam peccatum vindicabile, ut sic, sit ejus obiectum, tamen necesse non est, quod hoc peccatum sit proprium penitentis, sed etiam esse potest alienum, adeo quod peccatum vindicabile, ut sic, praesens est proprio, & alieno est obiectum virtutis penitentiae. Ratio deducitur ex aliis virtutibus, quae in genere possunt necesse ad actum circa obiectum accessibile in habente, sed etiam in aliis; sic iustitia commutativa necesse inclinans habentem ad reddendum cuius; quod suum est, sed etiam inclinans ad volendum, ut omnes alii reddant aliis, quod suum est; iustitia vindicativa necesse inclinans ad volendum vindictam in aliis, sed etiam in se, si ad sit delictum, haec enim iustitia respicit delictum castitatis etiam non esse sola suum, catenam propriam, sed etiam alienam; ita ergo in proposito obiectum ad quem tendit penitentia est etiam peccatum vindicabile ut sic, sive proprium, sive alienum, inaequatum vero erit peccatum vindicabile proprium, & in seipso; Quamvis ergo Christus proprium peccatum non haberet vindicandum, nec propodium cavendi peccatum, quia peccate non potuit, habuit tamen odium vindictae de peccatis alienis, & maxime de Adae peccato, de quo penitentiam egit, ferendo tristitiam, & alias corporales penas de illo, tale autem odium, talisque vindicta peccatorum Adae, & Iudaeorum, quae in Christo erant, habebant omnia, quod ad penitentiam requiritur, atque ideo vere fuerunt actus penitentiae; Potuit etiam B. Virgo toto tempore vitae velle vindictam peccatorum, & odio habere peccata hominum, & tristitia de illis; Possunt etiam Beati modo similes actus habere necesse respectu peccatorum alienorum, sed etiam propriorum praeteritorum, si innocentes in vita non fuerunt; nam peccata praeterita cogitantes adhuc ea detestari possunt, & odio habere; quod si non sequatur dolor, aut tristitia, id est per accidens ratione status beatifici, quia potest tristitia ab odio separari per subtractionem divini concursus ad eam non concurrentis, sed ad solum odium, hic enim actus sufficit ad penitentiam, ut notat Doct. *dist. 14. q. 1. s. dum* inquit, quod applicare sibi penam est tenere eam, illud potest intelligi, sive applicet, vel infligat penam in effectu, vel affectu, quia vindicans non minus vindicatur, et si quandoque; pena non sequatur propter defectum alicuius causae secundum tamen ipse aequae, & iuste intendat penam infligere; Hoc ergo modo in Christo, & B. Virgine, potuisse esse habitum penitentiae, ac etiam modo esse posse in Beatis, & innocentibus, plures Scoti sententiae defendunt, eo quia Scotus *2. dist. 14. q. 2.* in solutione ad 3. principio problematice docet in Beatis, & innocentibus admitti posse oblatum penitentiae, quae inclinans ad vindicandum peccata in alium reus, & etiam in se, si esset reus, & ita praeteritum esse nostris *diffinitur Branc. disp. 4. 2. 3. & 4. Suar. Coninchius. Amicus, & alii*.

43 Verum hic quoque dicendi modus, quamvis valde probabilis, & a Scoto ipso innotuisset difficultate non caret; quamvis enim Suarez *disp. 2. sect. 1.* Coninch. *disp. 1. d. 3.* & ex parte Lugus *dist. 13. sect. 2.* & alii quidam Recentiores concedant, ad peccata etiam aliena extendi penitentiam virtutem extendi posse, tamen dicunt, non posse extendi sui eodem nomine, imo communis opinio id absolute negat; Et quidem de peccatis alienis non posse esse actum penitentiae per modum retractionis, quia dicit quis, penitet, me id efficit, satis de peccato, quia hic actus non nisi ad facta propria referri potest; Et ex alia parte placet negari non potest, etiam de peccatis alienis posse haberi displicentiam, & tristitiam, posse etiam

haberi voluntatem, & desiderium illa delendi, procurando nimirum opportuna remedia, ut delanturque totum non solum ex motivis aliarum virtutum, sed etiam specialiter ex hoc, quatenus peccatum est offensivum, & iniuria Dei, & quatenus est vindicabile, & per penam expiabile, quod est formale motivum penitentiae specialis; Quamvis, inquam, haec omnia vera sint, adhuc tamen est difficultas, ut adverte Aver. *quaest. 2. de penit. sect. 7.* non tale officium circa aliena peccata sit eiusdem virtutis penitentiae, quae in unoquoque; circa propria peccata versatur, sicut etiam difficultas est de aliis virtutum actibus, nunc eiusdem virtutis sit velle casta, seu iusta opera in altero, ac in seipso, & sic de singulis virtutibus; Et quidem Aver. *loc. c.* & quidam alii in materia singularium virtutum asserunt, debere duas partes specie morali distingui, unam circa bonum honestum proprium, & alteram circa alienum; iuxta quem dicendi modum in re praesenti dici debet, alterius rationis esse proprium peccatum odium, ac peccatum alienum, etiam si ex eodem motivo contingat dative offensivum, vel turpitudinis talis, vel talis peccati in propria materia: sicut est contra alterius rationis peccatum est, si quis sit causa, ut alter sit impeditus, ac si ipse sit impeditus in seipso; Ex quo sequitur, quod etiam si penitentiae virtutem admittamus in Christo, B. Virgine, Beatis, & innocentibus, non tamen erit eiusdem rationis cum ea virtute, quae est in nobis respectu propriorum peccatorum, & quia in hac re nihil certi dici potest, & Scotus in hac re est problematicus *loc. cit.* quod in Beatis, & innocentibus virtus penitentiae admitti potest, rem iudicam ergo quoque relinquo, ut quisque teneat, quod magis placet. An vero etiam in statu innocentiae, si permansisset, fuisset haec virtus specialis penitentiae, jam disputavimus *lib. 2. s. m. disp. 4. q. 3. art. 2.*

QUESTIO TERTIA.

Qua virtus sit Penitentia, & an infusa, vel acquisita.

44 Circa primam questionis partem varie sunt Auditorum sententiae iuxta varietatem opinandi de obiecto formalis penitentiae; Cajetanus *3. part. q. 3. s. art. 2.* & Coninch. *disp. 1. d. 14. putat esse* Religionem, cuius officium est reddere debitum cui Deo in quoque genere, atque ideo reddere etiam debitam compensationem pro offensa, quod est minus penitentiae, ad Religionem pertinet; Alii non admittentes veram, & rigorosam iustitiam inter Deum, & creaturam dicunt, nec actum, nec habitum penitentiae pertinere ad iustitiam, sed reduci ad virtutem pacisita Cardin. de Lugo *disp. 2. sect. 1.* Alii tandem communitate dicunt, penitentiam esse virtutem de genere iustitiae, esse quandam iustitiae partem, & habere rationem iustitiae erga Deum, qui adhuc inter se diffident; Durandum dicit esse veram iustitiam communitativam, quia ad illam pertinet dare unicuique, quod suum est, atque ideo ad illam quoque pertinet reddere Deo compensationem pro offensa. Gabriel cum aliis Nominalibus vult esse iustitiam distributivam, quia ad eam pertinet premiare merita, & punire delicta; quia ergo penitentiam penam disponit iuxta mensuram culpae, ideo ad iustitiam distributivam pertinet. Scotus tandem *4. dist. 14. q. 2.* cum diversos penitentiae actus consideret, scilicet vindicare peccatum, quod aliud non est, nisi efficax voluntas impetans media ad puniendum peccatum, detestationem, seu odium, quo causatur pena, & tristitia acceptionem penae jam inflatae, & sufferentiam penae cuiuscunque pro peccato, non omnes ad eandem virtutem reducere videtur; sed penitentiam, quatenus dicit velle punire in seipso culpam, aut esse iustitiam vindicativam, vel punitivam, cuius proprium est de peccato vindictam sumere, alios vero actus ad alias reduci virtutes, ut supra visum est qu. 1.

Quoad aliam questionis partem, Thomistae cum D. Thoma *3. p. q. 8. art. 5.* passim affirmant, habitum penitentiae ex suo genere esse infusam, atque simul cum charitate infunditur Caietano, Medina, Soto, Canus, Suarez, Vasquez, & alii Recentiores. Opposita sententia est Scoti *d. 14. q. 2.* in solutione ultimi principalis, & quae sequi affirmant, penitentiam habitum esse acquisitum ex pluribus actibus, & quod potest remanere informis in peccatore, sicut potest remanere aliae virtutes sine charitate, alia Scoti etiam omnes, & sequuntur quicunque non alias virtutes agnoscunt praeter Theologicas, & non alias Theologicas, nisi tres illas scilicet, fidem, spem, & Charitatem, hi omnes, inquam, negant, penitentiam esse virtutem infusam, idem etiam indicat D. Bon. *d. 17. p. 1. a. 2. q. 3.* in solutione ad ultimum, quatenus alii, virtutem penitentiae manere in peccatore, & esse informem, quod de virtutibus infusis praeter fidem, & spem non admittit.

ARTICULUS PRIMUS.

Examinatur, & resolvitur Quaestio quoad primam partem.

45 Pro resolutione questionis quo ad primam partem, recordandum est ex dictis *lib. 3. sent. disp. 6. & 7.* virtutem adaequate dividi in Theologicam, & moralem, illa est, cuius obiectum est Deus, haec vero, cuius obiectum sunt actiones humanae; virtus vero moralis dividitur rursus in virtutem ad se, & ad alterum; virtus ad se

dicitur, cuius obiectum sunt ipsae passiones operantis, ut fortitudo & Temperantia, quae versantur in moderandis passionibus ipsius operantis, illa quidem irascibilis, illa vero concupiscibilis; Virtus ad alterum est, cuius obiectum sunt actiones operantis, sunt autem iustitiae adaequativae, quae ratione omnis virtutis, quod ordinatur ad alium dicitur sub iustitia contineri; Tres autem sunt iustitiae conditiones, iustitiae aequalitatis, compensationis aequalitatis, & debitum compensandi; ex alio iure iustitiae, unde virtus, quae has tres conditiones perfectae participat, dicitur perfecta iustitia, quae vero imperfectae dicitur iustitia imperfecta, & potest iustitia, quia vel deficit a ratione debiti legalis, & rigorosi, ut liberalitatis, & misericordiae, vel a ratione aequalitatis pietatis, & religio, Deo enim, & parentibus non possumus reddere aequale pro beneficio creationis, & generationis, iustitia itaque perfecta, & proprie sumpta, quae illas tres habet conditiones, est specialis virtus, & una ex quatuor Cardinalibus, de qua tractavimus *disp. 7. cit. de Virtutibus moralibus q. 8.* dividitur tanquam in species, & partes subiectivas, in communicativam, & distributivam; haec quidem posita est in distribuendis honoribus pecuniis, praemiis, & penis inter eos, qui in civili societate versantur, illa vero tota in communicationibus, pactis, rebusque contrahendis consistit; haec rationem, & conditionem attendit personarum, illa ratiorem, haec denique proportionem servat geometricam, illa arithmetica; Utraque autem in praemiativa dividitur, quae pro meritis reddit praemia, & punitiva, sive vindicativam, quae pro debitis reddit penas; aptatur autem haec divisio utriusque iustitiae, illa namque est distributiva praemiativa, vel remunerativa, quae honores, & magistratus, & alia id genus beneficia pro cuiuscunque dignitate, & meritis distribuit; altera punitiva, quae similiter nocentes, ut ait, supplicia afficit; congruit etiam haec divisio commutativae, par ut inquit Doctor *4. d. 46. q. 1.* commutativa proprie respicit punitionem, & praemiationem, ut scilicet, pro meritis quasi commutando reddatur praemia, & pro peccatis supplicia, ut ex insituto explicatum est *disp. 7. cit. q. 8. art. 2.*

Cum igitur ab initio huius Disputationis suppositum sit, Penitentiam non esse virtutem theologice, sed moralem, & esse virtutem moralem ad alterum, non ad se, ut omnes Theologi communitate concedunt, quod hic quaeritur, an sit species iustitiae, vel ad iustitiam reducatur, ut fert communis opinio, non est sermo de iustitia communitate dicta, ut sub se comprehendat omnes virtutes ad alterum, sumpta nimirum in virtute habitante ad reddere se gerendum in ordine ad alios, in quo sensu opponitur Fortitudo, & Temperantia, quae hominem perscrutant in ordine ad se, & sic habet sub veritate, gratitudinem, amicitiam, & similes aliae virtutes alterum respicientes. Non inquam, in hoc sensu sermo est de iustitia, sed de iustitia propria dicta, quae tres illas habet conditiones, & est una ex quatuor Cardinalibus, cuius numerus est constitutus aequalitate inter aliquos secundum debiti rationem, licet sumpti; Et tunc est *q. 1. art. 1.* ex Scoto *d. 14. q. 1.* Res scilicet vindicare communitatem, detestari communitatem, acceptum remanere inflatum, & patienter ferre penam inflatam, quando quaeritur hic, quia virtus enim penitentiae, sermo praesertim est de penitentia vindicativa, hic enim penitentiae actus est primarius, & praecipuus ex illis quatuor supra dictum est; tunc quia de aliis tribus penitentiae modis jam supra *q. 1. art. 1.* declaratum est, quomodo ad particulares virtutes pertinent, & quomodo non. His praereceptis.

46 Primo dicendum est, Penitentiam non esse Religionem, nec cum virtute Religionis coincidere. Haec assertio est contra primam opinionem, & probatur, quia Religio exhibet Deo debitum cultum, & reverentiam, non ex quoquoque; motivo, sed ex eo solum, quia Deus est primum principium creationis, & gubernationis rerum omnium; hinc enim passim Theologi probant, Religionem esse unam virtutem ab aliis distinctam, quia reddit Deo cultum sub hac tamen ratione, nempe tanquam supremo rerum omnium Creatori, & gubernatori; Cum ergo penitentia Deum non respiciat sub hac ratione, sed quatenus per peccatum offensus est, & per detestationem huius placari potest, dicendum, diversas esse virtutes, & unam cum illa non coincidere. Confirmatur, quia ex communi omnium consensu diversum est profus peccatum impenitentiae, ut est contra penitentiam specialem, ab aliis peccatis Religionis oppositis, ut est idololatriam, blasphemiam, perjurium, & similibus, ergo est contra actus quoque; penitentiae sunt moraliter divisi ab aliis Religionis actibus.

Sed Dices cum Cajetano, opera penitentiae, sita sunt in quodam cultu divine excellentiae, & maiestatis, Religionis autem munus est divinum excellentiam, nostramque subiectionem praestiteri, quod quidem fit confessione peccatorum subiectione ad Deum, & operibus satisfactoriis; & sicut Deo offerimus sacrificium, & exhibemus cultum pro beneficiis acceptis, sic etiam sacrificamus remunerationem peccatorum, & ad obtinendam veniam, ergo actus penitentiae cultus Religionis est.

Confirmatur, Religionis officium est, ut homo subdat se Deo, & reddat illi debitum, sed penitentia ipsa subiecit, & humiliat hominem Deo, redditque Deo debitum, & perinde se habet, videtur reddere

Dei. in Quart. Sentent.

debitum Deo, tanquam benefactori, atque tanquam offenso; etiam non oportet penitentiam ad Religionem distinguere.

47 Resp. negando, opera penitentiae continere subiectionem Deo exhibitam eo speciali cultu, & reverentia, quae Religionis est propria, nam operibus penitentiae generalis quaedam ratio colitur Deus, sicut dicitur etiam colit omni virtutis actu, & quod omnia opera nostra bona divine voluntati conformantur, & in gloriam Dei redundant. Et quamvis voluntas sit, quod sicut Deo offerimus sacrificium, & cultum exhibemus pro beneficiis acceptis, sic etiam sacrificamus ad impetrandam peccatorum veniam; hinc tamen non bene deducitur, affectum penitentiae esse actum Religionis, sed solum sequitur actum sacrificii, quo perimus a Deo spiritu correctionis ad obtinendam peccatorum veniam, ad Religionem pertinere, & huiusmodi religionis actum in tali casu a virtute penitentiae imperari, quod utique verum est, sed non destruit actuum distinctionem.

Ad Conf. verum est, tam Religionem, quam penitentiam subiicere, & humiliare hominem Deo, sed hoc faciunt ex diversis motivis, quod sufficit, ut sine distincte virtutes, & planè negari non potest, esse profus moraliter diversum obsequium, quod exhibetur per illos actus, qui committere Religioni tribuuntur, ut potest adorare, sacrificare, orare, gratias agere, ac illud, quod per penitentiam exhibetur, scilicet recompeniare divinam iniuriam, & satisfacere Deo offenso, qui sunt Actus penitentiae; & quamvis etiam in quibusdam actibus materialiter convenire possint, adhuc eorum non elicitur ex eodem motivo, quo pacto etiam supra discurrebamus de virtute patientiae, & penitentiae *q. 1. m. 2. 3.*

48 Secundo dicendum est, penitentiam non esse virtutem amicitiae, & pacis, neque ad eam reduci. Haec assertio est contra secundam sententiam, quae dicebat, eo quod penitentia respicit peccatum in ratione offensae, eius finem esse reconciliationem cum Deo, qui est finis amicitiae; est autem expressa Scoti *dist. 14. q. 2. lit. D. vers. ulterior inquisitio*, & ita probatur ex eius doctrina ibidem, quia finis proximus vindictae, quam interdum exercet amicitia, est correctio, & finis ultimus est diligibilitas amantem, unde correctio possit alia via haberi per amicitiam sine pena, lex amicitiae, quae bonum correcti intendit, praescribitur non esse puniendum, nec ullum ei inferri detrimentum, sed vindicta de peccato, quam penitentia requirit, talem correctionem non praetendit, vel diligibilitatem pro sine per se, & intrinseco; ergo vindicta peccatoris non est actus amicitiae, vel pacis; Major patet, probatur minor, quia maximum discrimen versatur inter vindictam, & correctionem, ut inquit Doct. quia iustitia vindicativa, qualis est penitentia, hic habitus voluntatem inclinans ad aliquod peccatum vindicandum, secundum quod lex praescribit, adeo ut talis iustitia semper respiciat correctioem penae ad culpam fecundum legem, sive concomitetur correctio punis, sive non, interdum enim vindicta fit per necem ter, & interdum per exilium, in quibus casibus non praetendit correctio, ergo per accidens est, si concurat reconciliatio; amicitia autem respicit correctionem, qui est finis extraneus iustitiae vindicativae, cuius est intendere satisfactionem per penam debitam, & legis conservationem.

Sed dices, amicitia inclinans ad reconciliandum amicum, sed per vindictam, quae quae puni suam scelus, ut Dei commissarius, reconciliatur ipsi Deo, ergo penitentia vindicativa est actus amicitiae, Confirmatur, quia corrigere amicum, ut sic correctus fit dignus amari, non est nisi actus amicitiae, sed vindicare peccatum est corrigere amicum, ut sic correctus fiat dignus amari, ergo talis vindicandi actus erit virtus amicitiae; Minor probatur, quia si reus adeo acriter puniatur, ut ulciscens fatietur, potius erit crudelitas, quam virtus iustitiae; igitur iusta, & regularis vindictio non potest esse propter aliam finem, quam propter emendationem, & correctionem rei.

Resp. Doctor sub lit. F. quod quamvis peccator per penitentiam Deo reconcilietur, ipsa tamen penitentia vindicativa non est principaliter ad hanc reconciliationem ordinata, sed potius ad commutationem culpae in penam, seu ad iustam correspondentiam, quam exigit lex inter culpam & penam.

Ad Confirmationem negat minorem, quia vindicare non est principaliter propter correctionem puniri, licet quandoque illa correctio sequatur, sed est per se, ut ordinetur culpa per penam, ut observetur lex punitiva, in quam transgredium est, ad probationem minoris inquit, nullam ob id incurri crudelitatis notam, quia finis ipsius vindictae, etiam quando reus interficitur, removere lege punitiva omnem crudelitatis umbram, eo quod finis talis necis, & punitionis est bonum commune, & legis observatio, nec ultio peccati est, ut puniens fatietur, sed gratia ipsius legis punitivae, quae praecipit talem exerceri punitionem; unde finis proximus est legis adimpletio; finis remotior est bonum commune, & tandem ultimus finis est ipse Deus.

49 Tercio dicendum est, penitentiam esse quandam iustitiam erga Deum, ideoque ad iustitiam reduci debere, ut est una, & particularis virtus ex Cardinalibus, est Scoti *quaest. 2. cit. dist. 14. & probatur potest ex sacra Scriptura Baruch. 2. Anima, quae tristis est super magnitudine malae, da tibi gloriam & iustitiam Domini*. Deinde

Probatur ratione Scoti l. c. virtus inclinans ad puniendam transgressionem legis est iustitia ex Philosopho 10. Ethic. cap. ubi agens de virtutibus legem positivam statuit, quae est praemiativa virtutum, & punitiva vitiorum, quae lex ad virtutem iustitiae pertinet, sed penitentia ad hoc inclinans, ergo ad virtutem iustitiae pertinet; minor patet ex dictis, quia actus potissimum penitentiae sunt iustus, quibus pena infligitur pro legis transgressione, vel enim sumus, & derelictio, quibus tristitia causatur, quae est pena, vel alii actus infligendi, & suffereendi, vel acceptandi penas inflictas in vindictam peccati, qui omnes ad hoc directe tendunt, scilicet ad punitionem peccati, & commutationem aliquam. Tandem probatur, quia ad iustitiam proprie spectat satisfacere alicui pro offensa illata, satisfacere, & compensare injuriam illatam, sed hoc proprie praestat penitentia erga Deum; ergo est iustitia quaedam. Ad idem tamen est penitentiam non esse iustitiam simpliciter, & perfectam, ac rigorosam, quia talis inter Deum, & creaturam non datur, ut dicitur *est 3. sent. dist. 3. de Merito Christi q. 5. art. 3.* sed veluti secundum quid, ac deficienter a rigore iustitiae, nam perfecta, & rigorosa iustitia est illa, quae perfecte tres illas condiciones superius enumeratas participat, scilicet iurium aequalitatem, & debitum; penitentia autem in duobus primis conditionibus deficit, quia nec jus, quod habet creatura in suas actiones, quibus jus divini lesum compensare intendit, est perfecte conditum, & a iure, quod Deus ratione primi principii, & ultimi finis supra easdem actiones habet. Nec satisfactio, quam offert Deo in recompensationem, est aequalis offensa illata; Sed non per hoc penitentia deficit a ratione virtutis, nec ab illa perfectione morali, quam habet iustitia rigorosa inter homines, quoniam est perfectior, & nobilior in ratione virtutis; ratio est, quia jus divinum est longe altioris ordinis, quam omne jus humanum, illa ergo virtus, quae respicit jus divinum referendum, est nobilior in ratione virtutis, quam iustitia respiciens eius humanum; unde solum dicitur non esse perfecta iustitia, & deficit ea a ratione iustitiae ob defectum illarum duarum conditionum.

50 Sed Obicitur, iustitia est ad alterum, penitentia est ad se, ergo non est iustitia, nec ad iustitiam pertinet.

Confirmatur, quia potest peccator satisfacere Deo per actum temperantiae, & fortitudinis, sed tales actus non sunt iustitiae, nec ordinantur ad alterum, ergo &c. Tandem proprium est iustitiae potestatem aequalem inter excessum, & defectum; implicat autem, creaturam ponere aequalitatem inter excessum peccati, & defectum offensa, quia nullam, possumus pro offensa Dei condignam offerre satisfactionem, ergo &c.

Respondet Doctor *quae. cit. lit. d.* iustitiam non esse ad alterum simpliciter, & absolute loquendo, sed ad alterum, vel quasi ad alterum; & sic etiam se habet penitentia, nam actum vindicandi peccatum potest alicui eodem modo secundum rationem se respectum exerceri in se, sicut in seipsum; quod enim exercet in seipsum, non exercet se, nisi, ut in alterum, quia non exercet in se, nisi in quantum sibi committitur a legislatore in ipsum reum vindicare, accidit autem, quod iste, cui committitur, ut Ministri iudicis, sit iste reus, quia eadem modo exercet secundum rectam rationem Ministri in reum, si esset omnino alius in persona, hoc inquam, accidit iustitiae, sicut accidit medicinae, quod Medicus sanat seipsum, cum ipsa respiciat sanabile, ut sic.

Ad Confirmationem dico, quod potest penitens Deo satisfacere per actus temperantiae, & fortitudinis elicitive solum; nam potest penitentia quocumque actus virtutis imperare, & per tales actus a se imperatos, & a propriis virtutibus elicitos Deo satisfacere; in quo casu actus illarum virtutum imperativae tantum erunt penitentiae, elicitive autem illius erunt virtutis, ex cuius motivo proximè elicuntur. Ad ultimum probat tantum, quod diximus, penitentiam non esse iustitiam simpliciter perfectam, & rigorosam, quod gratis concedimus.

51 Quarta dicendum est, Penitentiam esse Iustitiam vindicativam, seu eius speciem: Et Scoti *q. 2. cit. lit. f. s. est ergo ille actus iustitiae punitivae*, & omnium Scottificum ibidem: Probatur ex definitione Augustini superius allata, & committitur a Theologis recepta, quod sit *vindicta puniens in seipso, quod dicitur commississe, si enim penitentia ex sua ratione formalis est vindicta, iam essentialiter erit iustitia vindicativa.* Deinde Hicquens ibidem in Commentario hoc convincenter deducit ex Conc. Trid. quia penitentia sacramentum est tribunal iustitiae, & non alterius, quam vindicativae, ut patet ex *sess. 14. c. 2.* cum enim superius praemisisset penitentes, tanquam reos sibi ante hoc tribunal, & peccatorum remissionem recipere inquit, *ad quam tamen moritatem, & integritatem per sacramentum penitentiae sine magis nostris sleribus, & laboribus divina id exigente iustitia, pervenire non possumus, certum autem est, eos non nisi iustitiae vindicativae subijci;* Hoc idem infirmat *cap. 5. & 8.* ubi Concilium dicit, ad divinum iustitiam spectare penitentes recipere, & penam remanere peccatoribus post baptismum, pro qua ordinatur opus satisfactorium, quod alter appellat penas satisfactorias, quarum necessitatem ostendit ex decentia divinae iustitiae peccatum vindicantis, unde *e. 8.* ipsum satisfactoris opus penam vocat dicens, *Habens praeculis, ut*

*satisfactio, quam imponunt, non sit tantum ad dirigendum custodiam, & inprimis medicamentum, sed etiam ad praeteritorum peccatorum vindictam, & castigationem, ergo est proprie actus vindicativae satisfactionem sub utroque modo praescribere.* Tandem probatur ratione ex his deducta, Deus est iustitia vindicativa ordinat peccatum per penam, & ex aequis penitentiales in hoc sacramento ex Conc. l. c. sed idem est finis exactus penam, seu Ministri, & ipsius Iudicis; peccator autem est Minister exequens in seipsum, vel contra seipsum penam mediante virtute penitentiae; ergo virtus penitentiae finis proprius, & intensus est vindicare peccatum; minor probatur, quia ut Minister ordinat procedat, debet procedere ex fine legis, & legislatoris, cum idem sit finis potestatis ministerialis, & principalis causam delegantis.

52 Respondet Cajetanus, & alii Thomistae cum ipso, infligere sibi penam non esse principale munus penitentiae, sed potius satisfaccere pro culpa; & quia iustitia vindicativa proprie est, quae exercetur a Iudice, vel a Ministro nomine Iudicis; at penitens non tam hoc modo, quam potius ut reus voluntarie eligens satisfacere Deo fatigat in seipso punire culpam, unde negant minorem in ea parte, quae asserit penitentem esse commissionem Iudicis tanquam personam publicam, & Ministrum Iudicis vindicare in se peccatum.

Ceterum iam *q. praeced. art. 1.* ostendimus est impugnavit primam dicendi modum, infligere sibi penam esse praecipuum finem, & principale munus penitentiae potius, quam satisfaccere pro culpa; tunc quia Conc. Trid. l. c. etiam ipsum satisfactoris opus penam appellat, quatenus satisfactio ipsa a divina iustitia vindicativa praescribitur, ut ordinativa culpae. Ex planè gratia omnino, & sine fundamento negatur penitentem esse commissionem Iudicis, tanquam ejus Ministrum, in seipso vindicare penam, cum in hoc ipso foro personam gerat accusatoris, & rei, qui iure divino tenentur sententiam omnia sua mortalia post baptismum commissa confiteri ex Conc. l. c. ut accusator est, potest seipsum ut alterum, quia reus est; ergo executio penae ex lege penit. derivatur in penitentem, tanquam in verum, & legitimum Ministrum principalis Iudicis, & legislatoris, ac proinde puniens considerari non debet ex auctoritate privata, sed ex auctoritate legislatoris. Neque dicas, talem punitionem eidem convenire, ut reus est. Nam ut reus est, non convenit ipsi, nisi voluntarie penam acceptate, non autem exequi, ergo si tenetur se accusare, & in seipsum debitam penam exequi, haec potestas derivatur in ipsum, ut Ministrum Iudicis principalis, non autem, ut personam privatam. Neque in hoc ullam video repugnantiam, quia utique potest Princeps, qui suis tenetur legibus, punire in seipso transgressionem illarum, tanquam in privatam personam; & potest a Principe, & Superiore committi alicui reo, ut seipsum puniat pro delicto commisso, patet autem, quod talis actus non spectat, & nisi ad iustitiam, quia in tali casu idem est obiectum rei, & Principis, cum ergo homo penitens, & seipsum puniens pro commisso delicto sit Minister Dei legislatoris dicens, peccatum esse vindicandum, & puniendum, ideo cum ipse peccator se puniat, actum iustitiae exercet, ut notat Doctor *qu. 2. cit. lit. A. & B.*

53 Sed urgent Thomistae iustitia vindicativa verè, & proprie est in Iudice, non in reo; ergo penitentia non est iustitia, quia est virtus residens in reo.

Confirmatur, quia iustitia vindicativa per se non intendit reconciliationem, sed aequalitatem compensatione, nam sepe inter inimicos datur aequalis compensatio, & iusta solutio absque reconciliatione; at penitentia per se intendit destructionem peccati, ut amicitia cum Deo recuperetur. Denique est illo punire se pro peccatis sit iustitia vindicativa, non tamen dici potest penitentia, quia non includit propositum amplius non peccandi, quod ad penitentiam requiritur.

Respondetur ex proximè dictis, iustitiam vindicativam non esse in Iudice tantum, sed vel in ipso, vel in Ministro ab eodem delegato, quia dum Iudex vindictam imperat iuste, & ex recto dictamine legis, Minister ad intentionem Iudicis exequens iuste agit, & actum iustitiae exercet; sic autem penitens dicitur in se ipso punire, & vindicare peccatum, ut Minister Dei legislatoris, unde iustitia vindicativa non ei convenit, ut reo, sed ut Dei Ministro in tali causa constituto.

Ad Confirmationem patet ex dictis sub *nu. 48.* in secunda conclusionem, quod quamvis peccator per penam Deo reconcilietur, hoc tamen non est finis praecipuus, & proximus penitentiae, sed remotionis, & minus principalis. Ad ultimum negatur assumptum quod secundam partem ad probationem dico, penitentiam debere includere propositum non peccandi, vel formale, vel saltem virtuale, iustitia verò vindicativa est non semper includat tale propositum formale, & explicatum; semper tamen includit virtuale, & implicitum, volens enim efficaciter punire malum aliquid, implicite, & virtualiter odit illud malum, nec ulterius vult esse committendum.

54 Quinto tandem Dicendum est, quod licet penitentia non sit proprie iustitia, nec commutativa, nec distributiva; formam tamen utriusque induere potest. Haec conclusio patet de triplicem, & divisione iustitiae proprie dictae superius assignata sub *nu. 45.* ab initio articuli.

artificii; penitentia neque vera, & propria iustitia commutativa dici nequit, quia iustitia commutativa debet esse proprie datum, & acceptum, hinc inter filium, & Patrem, Dominum, & servum non est proprie iustitia commutativa ex Arist. 5. Ethicorum cap. 6, quia quaequid servus habet, Domini est; & omnia bona filii sunt Patris, quaequid emacipatus non est, eadem est ratio, imò potior inter Deum, & creaturam, quia quaequid boni habet homo, ipsius Dei est, sicut ergo servus nihil habet, quod proprie possit dare Domino, nec filius Patris, nec homo, quod possit dare Deo, unde ex hac parte deficit materia iustitiae. Tunc etiam quia in vera iustitia commutativa servari debet aequalitas, quae tamen non servatur in penitentia, quia non possumus equaliter satisfacere Deo ex iustitia commutativa, & in hoc sensu loquitur Scot. *d. 14. q. 2. sub lit. E.* dum inquit, quod est actus iustitiae punitivae, quae distinguitur contra iustitiam commutativam. Nec etiam quia vera iustitia distributiva, quae propterea ejus est distributiva bona communia in plures personas, servat a proportionem geometricam, scilicet, ut eadem sit proportio inter bona, quae distribuantur, quae est inter condiciones personarum, quibus sit distributio, quam enim habent personae inter se proportionem secundum uniuscuiusque conditionem, tadem inter se debent habere bona, quae illis distribuantur; At virtus penitentiae, nec bona communia distribuit in plures personas, nec servat explicatam antea proportionem, sed solum attendit aequalitatem compensationis ad offensam, quantum fieri potest, ex quo capite potius modum servat iustitiae commutativae, quam distributivae.

55 Ad hoc tamen ad minus formam, & vestigium utriusque alio quo modo induere possit commutativam quidem, nam penitentia veluti reddit, quod peccatum Deo ablutit; & sicut dare alteri pro accepto est inter homines iustitia commutativa, ita & dare pro ablato, & sicut recompensare beneficia accepta, ita & resarcire iniurias illatas est opus iustitiae commutativae; differunt tamen penitentia a iustitia commutativa humana, tunc in eo, quod respicit Deum cum quia iustitia commutativa inter homines est rigorosa iustitia cum possit perfectam aequalitatem servare, & in hoc secundo sensu loquitur Doct. *d. 4. q. 1. s. h. primo*, quando ibi penitentiam ad iustitiam commutativam reducere videtur dicens, Ad propositum commutativae proprie respicit punitionem, & praemiationem, scilicet, pro meritis quasi commutando reddantur praemia, & pro peccatis supplicia. Admitti etiam potest in hoc secundo sensu in ipsa penitentia vestigium quoddam iustitiae distributivae, si fiat comparatio inter plures peccatores, aut plura peccata, quatenus nocentes, ut par est, supplicii afficit, & ad remissionem maioris peccati relictus potest remissionem culpam requiritur maior satisfactio; & in hoc sensu diximus ab initio articuli, utraque haec iustitia divisionem in commutativam, & distributivam convenire posse iustitiae praemiativae, vel remunerativae, & punitivae, vel vindicativae.

In tribus penitentiam dici non posse iustitiam, nec commutativam, nec distributivam, non primam quia commutativa aequalitatem perit inter Deum, & creaturam, iustum, & iniustum, simpliciter dari non potest; neque secundam, quia distributivam iustitiam exequitur Superior, qui punire, & praemiare potest, quia iustitia illa meritis, & demeritis respicit, poenam, & praemium; peccator autem, qui penitentiam in se habet, non est praemiator.

Resp. negando assumptum quoad utramque partem in sensu iam explicato; ad primam probationem dico concludere tantum de iustitia commutativa proprie, & rigorose dicta, quo sensu gratius concedimus, penitentiam dici non posse iustitiam commutativam. Ad secundam probationem dico, quod punire convenit Superiori per se, & ex officio; ex delegatione tamen potest quoque convenire reo, cui a legislatore commissum est, ut inferat in se supplicium pro peccato, & vellic efficaciter se punire; patet autem, quod volitio efficax supplicii est eadem in Superiori legem ferente, & in Ministro exequente, ut se Superiori conformet, quem ad modum supra est declaratum.

ARTICULUS SECUNDUS.

Examen, & resolutio quaestiones quoad alteram partem.

56 Quæstiones resolutio quoad alteram partem, an scilicet penitentia sit virtus infusa, vel acquisita pendet, ex iam dictis lib. 3. *sent. dist. 6. de virtutibus Moralibus q. 2.* ubi conclusum est praeter virtutes Theologicas non dari alias morales per se infusas, & ar. 1. in fine id etiam de virtute penitentiae asserimus, & committitur defendunt Scot. Bassolus, Aterius, Faber, Hicquens; Brancatus, & Recentiores, ubi tamen ad vindicandum est, quod quando Doctor *dist. 1. q. 2. in fine* asserit, & nos cum ipso, penitentiam esse virtutem moralem acquisitam quoad habitum, & non per se infusam, intelligimus in eo sensu, & rigore, quo Theologus de virtute per se infusa loquitur, & eo modo, quo virtutes Theologicas Fidem, Spem, & Charitatem virtutes per se infusas appellat, hoc est, habens quoad substantiam supernaturales totaliter, & immediate a Deo in anima causatas, quia de ratione en-

tis a Deo infusa in hoc sensu est, ut Deus activè totaliter physice causet id, quod in subiectum aliquid infunditur, ut patet de infusione anima, & luminis gloriae, & virtutum Theologiarum. Non autem loquimur in sensu Patrum, qui infusum appellare solent, quodcumque gratuitè a Deo donatum, & eius gratia obtentum, ad quod natura propriis verbis pertinere non potest, nam in hoc sensu penitentia, quae est dispositio ad justificationem, utique infusa dici potest, quatenus a divina gratia auxiliante, & excitante donatur, mediante suo actu, nam actus penitentiae, ut sit fructuosus, & ad justificationem disponat, gratiam auxiliantem, & excitantem requirit, ut Patres, & Concil. frequenter docent, & in hoc sensu penitentia est virtus supernaturalis, ut supernaturalè distinguitur contra id, quod sit virtus solius naturae sine adiutorio gratiae specialis; non autem ut significat virtutem infusam supernaturalè quoad substantiam in sensu, quo jam frequentius sumitur a Theologis, quatenus distinguitur contra virtutem acquisitam moralem.

57 Hinc Doctor l. c. duplicem fecerit penitentiam cum Anglib. de vera, & falsa penitentia, unam infusam, & aliam possibilem ex naturalibus hominis, alteram fructuosam, quae est opus Dei ab eius misericordia inspiratum meriti, ut docet Doctor 3. *dist. 33.* & 36. omnis virtus appetitiva, qualis est penitentia, quia est in voluntate, habet suam peculiari dictamina in intellectu, quibus in suis actibus regulatur; quorum aliqua sunt mere naturalia, id est, habita absque ulla revelatione, solo naturae ductu v. g. quod Deus supremum numerum & prima causa est colenda, quod tibi non visaliter ne feceris, & his similia, quae dicuntur natura, & sic virtus, quae tali lumine regulatur, nequit respicere obiectum supernaturale, quatenus tale, quia omnis actus, vel habitus obiectum supernaturale se respiciens a lumine supernaturali fidei initium habet, & originem trahit; hoc modo virtus penitentiae in pagano quoque, & infideli dari potest cum dictamine naturali, quod omne malum est puniendum, haec tamen virtus, siue actus supernaturalis sit, non respicit, & caretur praeter haec dictamina naturalia datur etiam dictamina revelata, hoc est, per fidem nota sunt dictamina decalogi, & aliorum revelatorum in lege nova, & veteri, quae possunt regulare virtutes naturaliter acquiratas, quorum actus ex tali dictamine elicitis, & cum auxilio etiam supernaturali obiecta supernaturalia respicere possunt; & sic de penitentia dicimus in opposito dictamine revelato, & credito, Deum offendi per omne peccatum, eius gratiam amitti, & obligationem ad penam aeternam remanere, in super Deum per vindictam, & dolorem de peccato commisso placenti, huiusmodi actus ex tali dictamine eliciantur, ex supernaturali auxilio, talis actus est supernaturalis, & respicit obiectum supernaturale, etiam si ab habitu naturaliter acquisito procedat, ut etiam Brancatus advertit *d. 1. q. 1.* Hoc ad notato.

Plures rationes adducunt Scoti, ut ad nostram coelationem probandam, quae generaliter probant, non dari virtutes morales per se infusas ab acquisitis distinctas, peculiari tamen, & magis convincens pro penitentia virtute est ista, quod nulla est necessitas, aut fundamentum statuenti actum penitentiae, ut virtutis per se infusae, nisi in ordine ad deletionem peccati, quod inest, & non remittitur, nisi supposita penitentia, & per ipsam, tanquam dispositionem praeviam, ut patet ex *Trid. sess. 6. cap. 5. & 7. & cap. 14.* sed penitentia infusa est inutilis ad hunc effectum, ergo frustra, & sine fundamento ponitur; Maior patet, quia nec Scriptura, nec Patres, nec Concil. alium usum penitentiae tribuunt, nec agnoscunt; Minor probatur, quia prius natura habet homo dolere de peccatis, quam Deus illum iustificet; ergo talis dolor non est elicitus a penitentia infusa, & hic actus semper antecedit infusionem eius; consequenter patet, quia penitentia infusa secundum Adversarios non infunditur nisi in ipso justificationis instanti, quare si penitentia actus praecedat justificationem, ut praevia eius dispositio erit, iam praecedet penitentiam infusam; itaque idem haec necessitas non erit, siquidem absque tali habitu infuso Deus acceptaverit penitentiam actualem ex dictamine revelato, & auxilio supernaturali procedentem.

Confr. quia impossibile est, quod actus, qui est causa disponens subiectum ad infusionem alicuius habitus, producat, ut ab illo eodem habitu infuso, quia si actus, qui est causa dispositiva habitus, produceretur ab eodem habitu, ad cuius infusionem dispositio idem esset causa, & effectus respectu eiusdem, quod implicat, quod etiam universaliter verificatur in dispositionibus ad alias formas, nam calor lignum disponens ad introductionem formae ignis, non producit, ut forma ignis, ad quam disponit, sed committitur ab ipso igne, ignis enim producit formam in ligno formam producit calorem, ultimo disponentem lignum, & ipsam formam ignis.

59 Respondet Thom. actum penitentiae, ut sit fructuosus, & dispositio sufficiens ad gratiam, & justificationem, esse debere supernaturalem, nam forma supernaturalis dispositionem quoque; supernaturalè requiritur, itaque idem talis actus ab habitu supernaturali, & infuso procedere debet. Sed haec solutio non sufficit, & argumentum adhuc in suo robore manet, quia talis dolor non potest esse a penitentia infusa elicitus, cum secundum Adversarios non infundatur, nisi in ipso justificationis instanti, & per consequens si penitentiae actus praecedat ordine naturae justificationem, ut vult Concil.

eil. Trid. quia est dispositio ad ipsam, precedit quoque penitentiam infusam, & consequenter talis habitus non est necessarius. Tunc quia ad supernaturalitatem actus, ut sit sufficiens dispositio ad justificationem, minime opus est, quod ab habitu infuso sit elicitus, sufficit enim, quod sit ab una causa supernaturali, nempe ab auxilio speciali, nec aliam causam huiusmodi supernaturalis requirit Concil. Trid. sess. 6. c. 4. & 6. definit enim ibi contra Pelagianos, & Semipelagianos, illos actus non fieri sine adiutorio Dei speciali, & solis liberi arbitrii virtutibus, si quis dixerit sine praeveniente Sp. S. gratia, atque eius adiutorio, &c. hoc idem definiunt Patres, & August. post Concil. Diospolitum art. 7. de aliarum virtutum actibus, ut sint sufficiens dispositio ad justificationem, quas non ob id licet confiteri infusas, & denique omnia, quae in hac materia decernunt Patres, & Concilia, concernunt actum, non habitum, & idem nihil faciunt ad propositum. Itaque penitentia facta aut oportet, id est, quae sit sufficiens dispositio ad gratiam, & justificationem, ut dicitur ad Deum inspirari, dari, & imperituri habetur 2. ad Timot. c. 2. Ne quando Deus det illi penitentiam ad cognoscendam veritatem, & respiciat ad diaboli laqueis, dicitur autem sic dari, & inspirari a Deo, non quia elicitur ab aliquo habitu supernaturali quoad substantiam, & per se infuso, ut adversarii contendunt, sed quia talis penitentia a Deo revelata est, & ad eam concurrunt cum auxilio specialis gratiae excitantis, & adjuvantis, dicuntur enim, sic dari quoque, actus aliarum virtutum, & inspirari a Deo, quibus homo disponitur ad justificationem, scilicet, reconciliando prius, deinde illuminando, seu excitando eos, & adjuvando supernaturaliter, nec tamen hinc deducere licet, actus seorsum, vel casualiter, aut aliarum virtutum moralium sic a Deo inspiratos ab aliqua virtute infusa procedere, sed solum deducere licet, tales actus esse supernaturales secundum modum, hoc est, elicitos esse, sicut oportet, ut sint sufficiens dispositio ad gratiam, & justificationem, quod tunc eis convenit, quando eliciuntur ex dictamine revelato, & ex speciali Deo auxilio, & totum hoc fieri potest absque ullo habitu virtutis moralis per se infuso, ut univ. saliter probatur et lib. 3. d. ult. de Virtutibus moralibus q. 2. ad quam me remitto.

60. In oppositum arguunt Thom. Primus, quia ex Trid. sess. 6. c. 3. datur actus aliquis penitentiae, quem sine speciali auxilio gratiae elicere non possumus, ergo datur aliquis actus penitentiae per se infusus; Consequenter probatur, quia ad hoc datur habitus infusus, ut sint proxima principia actuum supernaturalium, ad quos eliciendos virtus naturae sumus impotentes, ut patet de actibus virtutum Theologicarum credendis, sperandi, & Deum super omnia diligendi; ergo si datur actus penitentiae, quem natura propria actibus attingere non potest, dari etiam debet habitus infusus per se talis actus productivus.

Confirmo, quia omnis virtus, quae hominem ordinat ad finem supernaturalem, est per se infusa, nam talis virtus vires naturae excedit, atque idem a Deo infundi debet; sed penitentia hominem ordinat ad finem supernaturalem, quia per penitentiam homo confitetur remissionem peccatorum, quae sola finis supernaturalis consecutionem impediens, ergo est per se infusa. Tandem, non minus necessaria sunt virtutes infusae, quae immediatè versantur circa media ad finem supernaturalem conducentia, quia quae immediatè versantur circa finem ipsum supernaturalem, quia media fini proportionari debent; penitentia immediatè versatur circa media ad finem supernaturalem conducentia, quia versatur circa remissionem peccatorum, quae est medium ad finem supernaturalem per se ducens, ergo est virtus per se infusa.

61. Respond. consequentiam illam gratis omnino deduci, quia penitentia actualis etiam si fieret cum dictamine infuso, & cum auxilio Dei supernaturali, & infuso, adhuc dici nequit actus infusus, quia de ratione eius a Deo infusi esset Deus activè totaliter illud causans, eo autem factus actus ille, licet fieret cum auxilio Dei speciali, adhuc tamen a voluntate creata activè influente procederet cum domino sui actus, tunc quia etiam actus illi, qui a virtutibus infusis procedunt, ut sunt actus fidei, spei, & charitatis in via, & actus vilionis, & fructuionis in patria, non dicuntur infusi, quia sunt ab ipsis potentis activè, sed tantum dicuntur supernaturales eo, quia sunt in convergente concursu speciali, & supernaturali Dei, Negatur ergo omnino illa consequentia, & ad probationem dicitur, quod est datur habitus infusus, ut sint proxima principia actuum supernaturalium, quos virtus naturae non possumus attingere, at tamen non est de ratione supernaturalitatis actus, ut semper sit ab habitu infuso elicitus; sed sufficit, quod sit ab uno principio supernaturali, sive concurrat per modum principii permanentis, sive transeuntis, nempe ab auxilio speciali divino, ut dicitur et lib. 1. disp. 6. q. 2. loquendo in universum de supernaturalitate actuum viz, & patet: & in proposito de actu penitentiae, ut sit sufficiens dispositio ad justificationem, aliam supernaturalitatem in eo non exigit Trident. sess. 6. c. 5. & 6. quam quod fiat a voluntate cum speciali Dei adiutorio; Cur vero speciali quada ratione actus credendis, sperandi & Deum super omnia diligendi praeter auxilium speciale petant etiam procedere ab habitu per se infuso,

jam declaratum est loc. cit. lib. 2. disp. 7. q. 2. n. 39. quia nimirum actus illi, cum sint intrinsece supernaturales, & primi in ordine supernaturali, requirunt habitum in substantia supernaturalem, à quo elicitivè procedant; actus vero virtutum moralium non ita sunt supernaturales, sed solum extrinsece, & accidentaliter, ut ibi explicatum est.

62. Ad Confirm. responderet ex Scot. 3. d. 26. art. 3. etiam virtutes morales acquiruntur sufficienter in finem supernaturalem ordinari mediante charitate, & speciali Deo auxilio; unde eorum actus non habent valorem ad finem supernaturalem ex eo, quod elicitivè procedat ab aliis; morali virtute infusa; sed quia ex speciali Dei auxilio excitante, & adjuvante inchoantur, & à charitate extrinsece impendantur elevando virtutes morales acquiruntur intrinsece eorum principia ad finem supernaturalem; unde respicientia finis super naturalis non infert esse infusam à Deo in actu, vel habitu talem respectum habentes, sed potest salvari talis respicientia per imperio charitatis, per dictam revelationem, & per auxilium supernaturale, hoc enim sufficit, ne iustificati dicantur ex virtutibus naturalium. Ad ultimum occurrit et eadem doctrina negando maiorem quia actus virtutum immediatè versantur circa ipsum finem supernaturalem, cum sint intrinsece supernaturales, & primi in ordine supernaturali, requirunt habitum in substantia supernaturalem à quo elicitivè procedant; non sic actus virtutum versantur circa media ad finem supernaturalem conducentia, hi enim possunt habere valorem ad talem finem, etiam si eliciantur à virtutibus acquiruntis, hoc est, quod eliciantur non solum naturae virtutis, sed ex imperio charitatis, vel ex speciali Deo auxilio excitante, & adjuvante, hoc enim modo praedictis elevatur, ut sint proportionata media ad finem supernaturalem conducentia. Hic autem advertendum est, quod quando inquit Doct. virtutes morales acquiruntur sufficienter in finem quoque supernaturalem ordinari posse mediante charitate, seu eius imperio, non est ita intelligendum, quasi tales actus seorsum elici debeat ex imperio charitatis inexistens, nam ut docet Doct. d. 14. q. 2. in fine interduum actus penitentiae ex motivo, vel imperio charitatis elicitur à virtute penitentiae est dispositio, & via ad iustificationem, & gratiam habitualem acquirendam, unde in tali casu actus ille dicitur esse ex charitate, quia est elicitus ex motivo charitatis, & est aptus generare habitum charitatis acquiruntis, quoad autem talis actus virtutis penitentiae elicitur ex motivo, & imperio charitatis inexistens, tunc à virtute charitatis accipit valorem ad finem supernaturalem, non tantum per modum meriti de congruo, sed etiam de condigno tunc augmenti gratiae, tunc gloriae.

63. Deinde ulterius arguunt; si ex actibus penitentiae supernaturales generatur habitus acquiruntis, ut ait Scotus, sequeretur, quod ex virtutibus naturae possemus de peccatis penitere, quod est Pelagianum; probatur sequela, quia habitus acquiruntis naturaliter inclinat ad actus conformes illis, ex quibus genitus est, sed iuste habitus penitentiae fuit acquiruntis ex actibus penitentiae supernaturales, ergo naturaliter inclinat ad similes actus, & consequenter naturaliter possumus penitere, & de congruo ad iustificationem disponi sufficienter per tales actus, quod est Pelagianum, & contra Tridentinum loc. cit.

Conf. quia penitentia virtus, de qua hic est sermo, necessarii supponit fidem iustificationis, & spem huius acquirentis, sed fides & spes habent actus supernaturales ad quos indigemus habitu supernaturalem, ergo etiam penitentia actus supernaturalem habet, qui requirit habitum supernaturalem; habitus autem supernaturalis non acquiruntur, sed infunduntur, ergo &c. Demum, virtus acquiruntis potest esse in nobis sine charitate, sed penitentia in nobis sine charitate esse non potest; ergo non est virtus acquiruntis, maior patet, minor probatur, quia penitentia delet mortale, ergo non fiat cum eo.

Resp. hoc idem argumentum urgere pariter de actibus Fidei, Spei, & Charitatis, ut enim ostendimus disp. 6. de Virtutibus Theologicis qu. 23. in lib. 3. sent. praeter Fidem, Spem, & Charitatem infusam dari debent quoque habitus consimiles acquiruntis ex frequentatis actibus supernaturales illarum virtutum, quod admittit sequitur idem absurdum, quod mediis habitibus acquiruntis possemus naturae virtutibus credere, sperare, & diligere, ut oportet ad salutem, quia habitus naturaliter acquiruntis inclinat naturaliter ad actus conformes illis, ex quibus genitus est; quare cum ex Adversariis quibus praeter Virtutes infusas theologicas admittant quoque consimiles habitus acquiruntis ex actibus illarum supernaturales genitos, hoc idem argumentum solvere tenentur. Itaque Amicus disp. 1. de Penit. sc. 6. inquit, hoc absurdum non fore, quia licet actibus supernaturales frequentatis credendis, sperandi, & Deum super omnia diligendi, & in proposito penitentiae generentur consimiles habitus acquiruntis; adhuc tamen hi habitus acquiruntis sunt in essentia supernaturales, diversae tamen speciei ab infusis, quia infusi dant posse simpliciter agere supernaturaliter, acquiruntis vero faciunt tantum potentiam ad consimiles actus eliciendos, pro quo dicitur modo alios quoque citat. Hoc tamè minime placet, quia omnis habitus aut est naturalis, aut supernaturalis, & omnis naturalis est acquiruntis, supernaturalis vero infusus, siquidem omnis talis vires naturae excedit, & proinde nequit nisi

nisi a Deo infundi; Tunc quia iuxta hunc dicendi modum, sequeretur dari in nobis duas fides, duas spes, & duas charitates supernaturales, quod apud Theologos est inauditum, & alia denique sequeretur absurda, quae in vanum nititur Amicus evadere loc. cit. ut patebit ponderatis eius occurris.

64. Quare praestat dicere, iuxta doct. datam loc. cit. habitus illos acquiruntis ex frequentatis actibus supernaturales esse in essentia naturales, & nihil enim obstat, quominus illi actus supernaturales, producere possint habitus ordinis naturalis, quia licet actus illi, ex quibus genitantur, sint supernaturales quoad modum, tamen quoad substantiam sunt naturales; unde cum in tēdencia circa tale obiectum conveniant genericè cum actibus naturalibus, facile concipi potest, quomodo secundum eam rationem, qua non sunt supernaturales, possint talem habitum producere, quale actus naturales producere possunt; cum enim quoad substantiam sint eiusdem ordinis, poterunt illum producere, non quatenus sunt actus supernaturales, sed quatenus sunt eiusdem substantiam, cuius sunt actus habituum acquiruntis, quod ibi declaravimus exemplum statuae lignae, ex qua lignum generari potest, non quatenus aerefacta est, sed quatenus ligna; et quae ita in proposito habitus penitentiae acquiruntis ex frequentatis actibus supernaturales inclinabit voluntatem ad actum penitentis quantum ad substantiam actus, quod est nolle peccare, non tamen quantum ad finem praecipitatis, scilicet, Dei irrendentis, quod ille actus penitentis sit ultimum dispositio ad gratiam, quia ut actus penitentiae rationem habeat talis dispositionis, requiritur auxilium Dei specialis; & sic est verum dicere, quod talis habitus voluntatem inclinabit ad similes actus, similes, inquam, quantum ad substantiam actus non tamen similes quantum ad ultimam dispositionem ad gratiam; & ratio est, quia talis habitus acquiruntis de novo genitus ex actibus penitentis supernaturales non supponit illos, quatenus supernaturales sunt, hoc est, quatenus sunt ex supernaturali principio, sed quatenus naturales sunt quoad substantiam.

65. Ad Confirm. patet ex dictis n. 61. & 62. non valere pariterem de fide, & spe ex una parte, & virtute penitentiae ex alia, & universaliter loquendo non valet pariterem de supernaturalitate actuum virtutum theologicarum, & actuum virtutum moralium, actus enim illarum, cum sint intrinsece supernaturales, & primi in ordine supernaturali, praeter auxilium speciale requirunt habitum in substantia supernaturalem, à quo elicitivè procedant; cum enim sint primi, non possunt per alios actus, vel habitus supernaturales ad ordinem supernaturalem elevari; actus vero virtutum moralium non ita sunt supernaturales, sed extrinsece solum, & accidentaliter, quatenus scilicet, licet elicitivè ab habitu naturali procedant, Imperativè tamen ab habitu supernaturali charitatis procedunt; ac etiam ex speciali Deo auxilio, quatenus sunt fructuosi, & ad finem supernaturalem conducentes, unde non est cur in eis requiratur ulla alia supernaturalitas intrinseca, & essentialis, ut in actibus fidei, spei, & charitatis. Ad ultimum negatur minor, nam ex multis actibus vindicandi in se peccati potest acquiri habitus, qui cum ipso maneat; imò potest acquiri, inquit Doctores, ante deletionem peccati mortalis, nisi forte quia Deus iustificat, antequam possint haberi actus sufficientes ad generationem habitus penitentiae; Et cum dicitur, quod penitentia delet peccatum, & ideo non fiat cum eo, respondet Doctores, quod virtus non delet etiam meritivè, sed actus, qui natus est esse actus virtutis, sive sit à virtute elicitus, sive non, est virtus generativus, & cum hoc bene potest stare, imò necessario stat, quod sit infirmus, & per consequens habitus suus, si inest, erit infirmus; quibus verbis vale inuenit Doctores, virtutem penitentiae manere cum peccato mortali, quod est contra naturam moralis per se infusae, & actum eius, nō habitum, delere peccati mortale moritorie de congruo, & dispositivè.

66. Postmodò alia quaedam argumenta adducit Faber 4. disp. 16. de Penit. c. ex Suarez, & aliis, qui ex supernaturalitate actus penitentiae deducere contendunt habitum, à quo producitur, esse per se infusum, & non acquiruntis. Verum hæc ratio parvi est momenti, ut patet ex dictis, quia ut notat Hiquies 4. disp. 14. q. 2. in Commentario, probat tantum penitentiam esse supernaturalem, ut supernaturalitatem contra id, quod fit virtutibus solius naturae sine adiutorio gratiae specialis; non autem ut significat virtutem infusam supernaturalem quoad substantiam in sensu, quo à Theologis fandi solet, quatenus distinguitur contra moralem acquiruntis; unde nec satis placet modum loquenti Fabri loc. cit. ubi ipse quoque supernaturalitatem cum per se infusam confundere videtur; nam actus virtutum theologicarum sunt supernaturales, & tamen non sunt per se infusi, ut patet ex dictis.

Sed instat Suarez, quod Concilium Trident. sess. 6. canon. 3. docet uniformiter, ac eodem modo esse necessariam gratiam ad actum penitentiae, sicut ad actum fidei, spei, & charitatis; Inquit enim, si quis dixerit, sine speciali Spiritus sancti inspiratione, atque eius adiutorio hominem credere, sperare, ac penitentiae posse, sicut oportet, et ei iustificationis gratia conferatur; anathema sit; ergo sentiet eodem modo, actum penitentiae esse supernaturalem, sicut actum Fidei, Spei, & Charitatis.

Resp. Concilium ibi definit contra Pelagianos, & Semipelagianos, illos actus non fieri sine speciali Deo auxilio ex solis liberi arbitrii virtutibus, imò August. etiam, & alii Patres eodem modo, & sine discrimine loquuntur de necessitate gratiae ad actus quatuor, quatenus virtutum, sive infusam, sive acquiruntis, ad hoc ut sit dispositio ad justificationem, unde ex hoc capite bene concedi potest, illos actus esse eodem modo supernaturales, quatenus supernaturale distinguitur contra id, quod fit solis naturae virtutibus, non autem, ut significat actum exigentem pro principio ipsius elicitorum virtutem infusam supernaturalem quoad substantiam; hoc enim solum convenit actibus virtutum Theologicarum, non autem aliarum, ea ratione, qua sunt primi in ordine supernaturali, ut supra explicatum est.

QUESTIO QUARTA.

An actus penitentiae Christianae sint supernaturales, & quomodo. 67. Explicato penitentiae obiecto, cuius finis modo quo debet attingi ad quidditatem eius penitus indagandum, opus est actus eius plenius considerare, penitentia autem Christiana vocatur, quae ad gratiam aliquo modo disponit, sive mediante Sacra, sive extrinsece remota, sive proximè; Sunt autem actus penitentiae, sicut etiam cuiuslibet habitus, alii eliciti, alii imperativi, alii funt, quos ipsa physice producit, & hi quidem omnes intrinsece tendunt sub motivo formalis penitentiae, imperati vero, quos non causat physice, sed alius inducens virtutes, ut eos eliciant, etenim, ut dictum est lib. 2. disp. de Actibus humanis, quilibet virtus potest imperare actus aliarum virtutum, eos dirigendo, sive extrinsece, ordinando in finem, quem ipsa respicit, & ad quem illi apti sunt; unde regula universalis est, eos omnes posse à penitentia imperari, qui utiles apprehenduntur ad finem penitentiae consequendum, actus autem aliarum virtutum, tam interius charitatis, & fidei, & actus externi, ut elemosinae, jejuniis, & orationibus apti sunt, ad vindicationem, & compensationem peccati à penitentia intentam. Regula item universalis est, eos omnes actus ab habitu penitentiae elici posse, quos alii habitus circa illa obiecta elicere solent, qui quidem in duplici sunt differentia, alii enim sunt circa bonum, ut amor simplex, seu complacentia inefficax, item amor efficax, desiderium, intentio, mediocrum electio, & gaudium, alii circa malum oppositum, ut displicentia simplex, odium inefficax, detestatio, dolor, propositum vitandi illud &c. quavis proprie loquendo gaudium proprie non sit actus, sed potius passio, quaedam actum prosecutionis concomitans, sicut est contra dolor, & tristitia est passio consequens ad actum fugae; Cum autem bonum, quod formaliter penitentia intendit, sit peccati vindicatio, & reconciliatio cum Deo, consequens est, ut in tali bono complacere possit, illud possit efficaciter amare, desiderare intendere, remedia ad illud eligere, & de eius possessione gaudere; Et est contra de peccatis, quae tale bonum impediunt, potest displicere, potest illa efficaciter odium habere, detestari, dolere de illis, & proponere efficaciter fugam eorum in posterum. Hi omnes, inquam, possunt esse actus eliciti penitentiae, ut exemplo aliarum virtutum constare potest.

Quartur ergo, an hi actus ad penitentiam procedunt, sint naturales, vel supernaturales, & cum supernaturalitas sit duplex, altera quoad substantiam, quae entitativè est supra omnem exigentiam, & capacitatem subiecti, quaeque à sola natura produci non potest, ut gratia, visio beata, habitus infusi, qui à solo Deo, vel non nisi media aliqua causa creata supernaturali produci possunt; Altera quoad modum, quae solum se tenet ex parte producentis, vel modi producendi, ut cum effectus est secundum entitatem suam praecise spectatus naturae facultatem non transcendat; modus tamen, quo producitur, profus naturae facultatem excedit, quo pacto visus caeco nato restituitur, & revocatio defuncti ad vitam est, &c. actus dicuntur supernaturales, quia licet in se entitativè sint naturales, tamen quoad modum sunt supernaturales, quia sunt supra, ac praeter exigentiam naturae, quae in his circumstantiis, & dispositionibus visus, & vitae productionem non possunt; quartur in proposito, an actus penitentiae sint supernaturales quoad substantiam, vel tantum quoad modum.

68. In qua Controversia tres sunt sententiae, duae extremae, & una media. Prima extrema negat, actum penitentiae esse aliquo ex his modis supernaturalem, sed elici posse virtutem naturae cum solo generali Dei concursu, etiam ut dispositio est de congruo ad ipsam iustificationem, quae opinio communiter tribuitur Nominibus, Aureolo, Durando, Gabrieli, Maironi, & aliis, quorum fundamentum est, quia potest homo naturaliter cognoscere, peccatum esse offensivum Dei, illudque ut sic naturaliter detestari, ac certe si aliqua requiritur supernaturalis notitia, ut illud à creatura cognoscatur, ut offensivum Dei, poterit habita illi notitia voluntas virtutis propriis illud detestari; ergo nihil est in actu penitentiae, quod vel in substantia, vel in modo causam postulat supernaturalem. Tribuitur etiam communiter Scoto 4. d. 14. q. 2. de secundo principali, ubi ilignificate videtur, posse peccatorem ex suis virtutibus naturalibus cum communi influenza Dei penitere de suis peccatis, hancque penitentiam esse dispositionem de congruo ad infusum, nem



meritorium appropinquat errori Pelagii: cum ergo hic non dicat, posse peccatorem poenitere, & peccatum deseri, ut offensivum Dei &c. ex puris naturalibus, aut ex solis naturalibus, sed ex naturalibus cum communi influentia signum est, non esse locum de viribus naturalibus liberi arbitrii nudè, & solitariè sumptis, sed cum gratia sufficienti auxiliis, quæ alibi communia appellare solet, prout est figuratè ab auxiliis gratiæ efficacis, ut etiam jam dictum est supra d. 2. de Baptismo q. 5. art. 1. n. 34. & 35.

76 Ita primus omnium hunc locum interpretatus est Lichetus noster quolib. 14. ubi cum Scotus dixerit licet. Quæ sit fidem acquirere habere nos fidem infusam, & ad illam habendam posse hominem ex naturalibus se disponere est, nequeat ex naturalibus illam attingere, inquit ibi Lichetus, hic tamen ad verte, quod non debet Doctor, absolute intelligi sic, scilicet, quod homo ex naturalibus possit immediate producere dispositionem, quæ ex natura rei ad finem disponat, cum verum non sit; sed sic intelligitur, quod Deus aliquos ordinavit, actus esse dispositionem ad fidem infusam, quos homo ex naturalibus efficere potest, supposito, scilicet, communi divina gratia auxiliis, sicut clarè exposuit ad lib. 14. q. 2. ita Lichetus. I. e. quam expositionem postea ampliè suavitè Delinus in tractatu de Justificatione, Faber disp. 14. de Penitentia, Aretinus, dist. 14. q. 2. art. 5. Vulpes tam. 2. part. 1. disp. 45. art. 3. Brancatus disp. 6. de penitentia art. 7. & alii Scotistæ melioris note.

Sed infatigabilis, illam particulam cum communi influentia, non posse hic præcisè importare dona actualia gratiæ tantum, quasi nihil aliud ordinariè supponatur ex parte intellectus, & voluntatis quàm vires naturæ, ipsi ipsarum potentiarum innatæ; quia ex parte intellectus, supponitur habitus fidei supernaturalis, & in voluntate habitus spei supernaturalis ordinariè, & ut in plurimum loquendo quæ sub influentia communi comprehendendi debent media operandi supernaturalia, non tantum actualia, & transientia, sed etiam permanentia, id est, tam actualia, quàm habitualia. Respond. concedendo totum, cum Doct. I. e. agat de penitentia præsertim peccatoris, adulti, & fidelis, neque Scotistæ citari ex præsertim in tali casu nomine communis influentia media tantum actualia supernaturalia comprehendendi debere, sed ita expresserunt, non excludendo alia habitualia, quæ ordinariè concurrunt in conversione peccatoris fidelis, & ordinario processu ad justificationem in singulis, non spectato casu particulari, aut statu huius peccatoris in specie.

ARTICULUS SECUNDUS.

Resolvitur questio quoad alteram partem.

77 Quamvis actus penitentia Christianæ, ut sit sufficiens dispositio ad justificationem peccatoris, debeat esse supernaturalis, ut art. præc. conclusum est, non tamen est supernaturalis quoad substantiam, sed tantum quoad modum. Hæc assertio est contra aliam sententiam extremam ob initio quæstionis relatam, quæ asserbat, huiusmodi actus esse supernaturalitatem tantum quoad modum, sed etiam quoad substantiam; & pendet ex dictis lib. 3. d. 6. de Pre. theol. q. 6. ubi diximus, etiam actus supernaturalis earum credendi, sperandi, & Deum per omnia diligendi, non esse supernaturalis quoad substantiam, ac entitatem, sed tantum quoad modum quod ibi præsertim adduximus ex discrimine actuum supernaturalium patriæ, quales sunt visio, & fructio beata, ab actibus supernaturalibus vice credendi, sperandi, & Deum super omnia diligendi; quando namque Patres, & Concilia de actibus patriæ loquuntur gloriosis, & beatificis, absolute negant, posse rationalem creaturam per proprias vires naturales videre Deum, & coque beatè frui absque speciali elevatione per lumen gloriæ facta, aut consimile auxilium speciale, ut constat in Conc. Viennensi ex Clementina, quæ ibi citatur ad nostram de Hæreticis; At quando de actibus vice loquuntur supernaturalibus credendi, sperandi, &c. & dicunt, speciale auxilium ad eos exercendos esse necessarium, non sic absolute loquuntur, sed cum quadam limitatione, ut constat ex Conc. Trid. sess. 6. can. 3. dicente, hominem non posse sine gratia, & speciali auxilio credere, sperare, & Deum super omnia diligere, ut oportet ad hoc, ut ei justificationis gratia conferatur, quo loquendi modo indicat, dari posse alios actus harum virtutum, qui non sunt sicut oportet ad justificationem, & vitam æternam, hoc est, qui sunt naturales secundum substantiam, non supernaturalis, si enim voluisset exprimeretur, esse simpliciter & absolute supernaturalis secundum substantiam, & non tantum secundum eam circumstantiam sicut oportet; adeo quod liberum arbitrium eam circumstantiam illos secundum substantiam attingere non possit, nulla adlerat necessitate poterat, hominem sine gratia non posse credere, sperare, & diligere, ut justificationis gratiam consequatur, sicut absolute loquitur Conc. Viennense de actibus beatificis patriæ.

Cum igitur Conc. Trid. sess. cit. can. 3. eodem modo loquatur de actu penitenti, qui est dispositio sufficiens ad justificationem dicendum est, hanc partem actum esse supernaturalem duntaxat

quoad modum, non quoad substantiam; imò potiori ratione de actu penitenti asserendum id est, quàm de actu credendi, sperandi, & Deum super omnia diligendi, quia isti sunt actus virtutum Theologicarum, & infusarum, non autem actus poenitenti, quia penitentia ex dictis non est virtus theologica, neque infusa; quare si hoc non obstante adhuc actus credendi, sperandi, & diligendi sunt in nostra sententia actus supernaturalis tantum quoad modum, non quoad substantiam, id tantum magis, dicendum erit de actu penitenti; & planè dum Concilium ad penitentiam sicut oportet, ut justificationis gratia conferatur, requirit auxilium speciale, non obscure indicat, dari aliquod penitere eiusdè rationis quoad substantiam, ac entitatem physicam, sed non cum illo modo sicut oportet, ad quod non requiritur speciale Dei auxilium; hoc autè aliud esse non potest, quàm actus penitentia naturalis; qui quoniam ex supernaturali motivo non procedit, neque ex aliquo speciali concursu indebito, non est sufficiens dispositio ad justificationem, cum nullus actus sufficiens dispositio ad justificationem esse possit, ne quidem remota, nisi ex speciali auxilio Dei dato per Christum procedat, ut docent Concil. & Patres, cum omnis dispositio ad justificationem à gratia Dei inchoari debeat; Alias quoque rationes ad hoc idem probandi loc. cit. adduximus, ubi etiam varias Adversar. solutiones, & evasiones præclusimus, quæ ibi videri possunt.

78 In Oppositum arguit Adversarij, & præsertim Amicus disp. 2. de fact. Penit. sect. 3. Primò ex Conc. Trid. loc. cit. ubi ad penitentiam, sicut oportet, non solum requirit divinam inspirationem, quæ se tenet ex parte principij moraliter excitatis, ac suscitatis, sed etiam Spis. Sancti adiutorium, quod se tenet ex parte principij physice concurrentis, & concurrens; Quod clarè expressit Concil. Milevit. 2. can. 4. ubi definit, non modo necessarium esse nobis gratiam, ut cognoscamus, quod agere debeamus, quod se tenet ex parte principij morali, sed etiam quid efficere valeamus, quod se tenet ex parte principij physice concurrentis. Repugnat autem actum fieri physico concursu gratiæ, & non esse in entitate supernaturalem, cum physicus concursus tendat ad ipsam entitatem actus, cum sit essentialis via, & tendentia ad illum. Confirmatur, quia dari habitus per se infusus penitentia Christianæ, ut passim Theologi concedunt; ergo ipsius actus est supernaturalis quoad substantiam; consequentia probatur, quia habitus supernaturalis infusus datur propter actus supernaturalis quoad substantiam, non autem tantum quoad modum, cum ad huiusmodi actus producendos sufficiant habitus acquisiti naturales cum potentia naturali adjuncta aliquo concursu indebito intra ordinem nature.

79 Resp. concessa majori negando minorem, nam physicus gratiæ concursus non semper efficit, quod actus ab ipso procedens sit in entitate, & substantia supernaturalis, sed quod sit talis interdum saltem quoad modum, quatenus nimirum talis actus vires naturales superat, non quod substantiam actus, sed tantum quoad certum modum, & circumstantias, & hæc de causâ Concilii, & Patres auxilium Dei speciale requirunt ad actum penitentia, ut sit sufficiens dispositio ad justificationem, non propter supernaturalitatem substantialem ipsius actus, sed propter accidentalem, & quoad modum, unde Concilium præsertim Trid. seipsum declarat, id debere intelligi de actu penitenti, ut oportet ad justificationem per modum meriti saltem dispositivè; Ex quo patet, in illa minori non fuisse peti principium, hoc enim est, quod controvertitur, an quilibet physicus gratiæ concursus ad aliquem actum arguat semper in eo supernaturalitatem quoad substantiam, hoc enim negamus, verum esse, universaliè loquendo; & cum dicitur, quod physicus gratiæ concursus tendit ad ipsam entitatem actus, dico, in proposito de actibus penitentia verificari solum materialiter, & specificativè, formaliter enim, & reduplicativè tendit in entitatem actus, ut sic modificati, sicut oportet, id est, in actu arguit tantum supernaturalitatem quoad modum præcisè, non quoad substantiam, & entitatem. Ad Confir. negatur assumptum, ut constat ex dictis quest. præc. art. 2. quo etiam dato adhuc neganda est consequentia cum eius probatione, nam etiam actus virtutis theologiarum, quæ sunt habitus infusi, sunt in nostra adhuc sententia supernaturalis tantum quoad modum, non vero quoad substantiam; unde omnino falsum est, habitus supernaturalis infusos dari propter actus supernaturalis quoad substantiam, ad quod autem datur habitus supernaturalis infusi, quales sunt tantum Virtutes theologica, jam dictum est lib. 3. disp. 7. q. 2. art. 2. n. 39. ac etiam omnino falsum est in sententia nostra, ad productionem actuum supernaturalium quoad modum tantum sufficere habitus acquisitos naturales cum potentia naturali, adjuncta aliquo concursu indebito intra ordinem nature; nullum enim talem concursum nos admittimus indebitum intra ordinem nature; nam eo ipso, quod est indebitus ordini nature, dicimus, talem concursum ad ordinem gratiæ pertinere.

80 Deinde arguit, quia actus penitentia Christianæ est per se dispositio ad justificationem; sed dispositio est in eodem ordine cum forma, ad quæ disponit, ut inductione cõstat; ergo cum gratia, quæ est forma iustificans, sit supernaturalis quoad substantiam,

tiam, etiam actus penitentia erit supernaturalis quoad substantiam. Confirmatur, quia non implicat actus penitentia supernaturalis quoad substantiam; ergo de facto concedendus est, antecedens cõstat à paritate reliquorum actuum supernaturalium Fidei, Spei, & Charitatis, visionis, & fructus beatificæ, qui, cum procedant ex habitibus supernaturalibus infusis, sunt supernaturalis quoad substantiam; Consequentia probatur, tùm quia connaturalis homo disponit ad gratiam supernaturalè per actum penitentia supernaturalis quoad substantiam, quàm tantum quoad modum, cum sic magis, ac melius proportionetur fini supernaturali quoad substantiam, qualis est visio beata; Tùm quia per actus naturales quoad substantiam ad substantiam melius salvatur necessitas habitum infusorum, qui non dantur, nisi propter actus naturales quoad substantiam.

81 Respondeo ex jam dictis lib. 3. disp. 6. cit. q. 6. n. 205. negando minorem cum eius probatione, si in toto rigore intelligatur, siquidem in omni dispositione naturali respectu forme substantialis factis constat, formam ad eam disponentem esse accidentalem; & factis competunt illi, formam semper esse perfectiorem in entitate dispositione ad eam, atque ideò opus non esse, quod dispositio sit semper ejusdem ordinis, & in toto rigore cum forma, ad quam disponit; sufficit ergo in proposito, quod actus penitenti, ut oportet, sit ejusdem ordinis cum gratia iustificatè saltem quoad modum, quia licet non sit, supernaturalis quoad substantiam, est tamen supernaturalis quoad modum. Ad Confirmationem, primò negari potest assumptum cum eius probatione, quia actus Fidei, Spei, & Charitatis sunt supernaturalis tantum quoad modum; & actus verò visionis, & fructus beatificæ licet sint supernaturalis etiam quoad substantiam, non tamen inde licet inferre, actum quoque penitentia talem esse debere, quia non currit paritas de actibus supernaturalibus patriæ, quales sunt visio, & fructio beata, & de actibus supernaturalibus vice; ut supra dictum est; Deinde quicquid sit de antecedente, etiam eo admissò, adhuc neganda est consequentia, quia adhuc connaturaliter, quantum sufficit, disponit homo ad gratiam per actum penitentia supernaturalis quoad modum tantum, sicut in ordine nature adhuc sufficienter materia disponit ad recipiendam formam substantialem per formam accidentalem, si hæc aliquam cum ea habeat proportionem, qualem v. g. habet forma caloris cum forma ignis; Et jam paulò supra in solutione præcedentis diximus, falsum esse, habitus supernaturalis infusos dari propter actus supernaturalis quoad substantiam; quod quando etiam concederetur, adhuc nihil in proposito concluderetur, quia negamus, penitentiam habituale esse virtutem infusam, ut constat ex præc. q. art. 2. siquidem alias virtutes infusas non agnoscimus præter theologicas ex dictis lib. 3. sent. disp. 7. q. 2.

82 Postremo arguit, ea dispositio est sufficiens ad justificationem gratiam cum sacramento penitentia consequendam, quæ sufficienter retractat peccatum in hoc statu commissum; quod si dispositio, quæ sufficienter retractat peccatum in hoc statu commissum, est ordinis supernaturalis quoad substantiam, ergo &c. Major patet, nam ut dispositio sit sufficiens ad effectum huius sacramenti obtinendum, debet tollere obicem, tollitur autem obex per sufficientem retractationem peccati; Minor vero probatur, nam peccatum in hoc statu commissum non solum dicit averfionem à Deo sine naturali, sed etiam sine, & auctore supernaturali; ergo nisi hæc averfio tollatur per oppositam conversionem non sufficienter tollitur obex, qui sacramenti effectum impedit, nunquam enim sufficienter tollitur obex, quàm diù non retractatur omnis voluntaria averfio à fine in peccato inclusa, atqui hæc retractari non potest per actum ordinis naturalis, cum hic se extendat ad obiectum, & finem supernaturalem, ergo &c. Confirmatur, quia si actus penitentia, qui est dispositio sufficiens ad justificationem, esset supernaturalis tantum quoad modum, naturalis verò secundum substantiam; tunc inur nostre salutis esset ab homine, quod est Sempelagianum; sequela probatur, quia in ea sententia homo propriis viribus faceret actum penitentia salutaris, quæ esset sufficiens dispositio ad justificationem, atque ita homo inciperet, & Deus periret.

83 Respondeo minorem, quod scilicet dispositio sufficiens retractans peccatum in hoc statu commissum sit necessariò ordinis supernaturalis quoad substantiam, sufficit enim, quod sit ordinis supernaturalis saltem quoad modum; & ad probationem ejusdem minoris sufficit concedo, peccatum in hoc statu commissum non posse sufficienter retractari per actum ordinis omnino inaturalum, unde ut talem attingat extensionem, indiget aliquo auxilio supernaturali, quo interveniente sit supernaturalis quoad modum, & sicut oportet, ut censetur sufficiens dispositio ad justificationem.

Ad Confirmationem negatur consequentia, etenim Massilienses, sed Sempelagianij asserbant, ex puris nature viribus credenti ad justificationem, itaq; homo inciperet, & Deus periret; at nos e contra profitemur, assensum fidei ex naturalibus, ac etiam actum penitenti ex naturalibus sine gratia esse insufficientem ad justifi-

Meld. in Quart. Sentent.

cationem; neque actus penitenti, & detestandi peccatum præcisè secundum substantiam consideratus, præscindendo à supernaturalitate quoad modum, est ullo modo dispositio de congruo ad justificationem, sed tantum actus penitenti, ut oportet, quo pacto modum supernaturalitatis involvit, & ideò nullo modo sequitur, initium salutis esse ab homine, quia actus penitenti, ut est ab homine viribus propriis elicitus, non est dispositio, ne quidem de congruo ad justificationem. Itaque Concilia, & Patres solum docent, omnis nostra justificationis exordium desumendum esse à prævenienti gratia per Christum, quia adjuvati liberè disponunt ad iustitiam per peccatorum detestationem, & odium consequendam; & actum penitentia salutis debere esse supernaturalem, ut sit idonea dispositio ad justificationem, & odium consequendam; an autem hæc supernaturalitas sit quoad substantiam, vel quoad modum tantum non decernunt, sed sub disputatione Scholastica relinquunt. Et quidem Conc. Trid. sess. 6. de Justificatione can. 3. magis nostra sententia favere videtur, dum anathematice damnat, Qui dixerit sine præveniente Spiritu Sancti inspiratione, atque adiutorio hominem penitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, nam illa particula, & limitatio ut oportet indicat tantum supernaturalitatem modalem, non autem substantialem, & entitativam, ut dictum est ab initio articuli.

QUESTIO QUINTA.

De Actu contritioni Penitentia perfectè.

84 Duplex distingui solet penitentia Christiana, altera perfecta, quæ Contritio dicitur, altera imperfecta, quæ Attritio nominatur, quæ distinctio præsertim intelligitur de penitentia sumpta per penitentiæ de peccatis præteritis cum proposito amplius non peccandi, & approbatur à Conc. Trident. sess. 14. c. 4. ubi eam perfectam appellat, quæ vim habet justificandi, quæ se independenter à susceptione sacramenti, & per se sufficiens est ad remissionem culpæ; imperfectam verò, quæ quidem suo modo utilis est, & saltem remotè ad justificationem disponens, sed de se non sufficit ad justificandum, sufficit autem cum susceptione Sacramenti Baptismi, vel Penitentia. Ratio autem huius divisionis est, quia omnis penitentia, aut peccatum detestatur ex supremo, & perfectissimo motivo, quatenus Dei offensam, & sic dicitur penitentia perfecta, seu Contritio; aut ex aliquo motivo inferiori Deum, & sic dicitur penitentia imperfecta, seu Attritio. Hoc idem insinuant etiam nomina ipsa Contritionis, & Attritionis, contritio enim metaphorice appellatione dicitur à contrito, ex eo quod conterere significat rem aliquam duram in minutissimas partes dividere, & comminere, hoc autem præstat contritio dividens, & comminans cor peccatoris per peccatum obduratum, & contritio proprie dicitur quasi major fractio, & comminatio, scilicet in minutissimas partes; attritio verò quasi non tanta fractio.

85 Conveniunt autem in hoc Contritio, & Attritio, quod utraque est actus supernaturalis ex auxilio supernaturali procedens, ita colligitur ex Concil. Trident. sess. 6. cap. 6. & 14. ubi dicitur, quod nulla penitentia, etiam cum baptisimi susceptione sit connexa, sit sufficiens ad justificationem, nisi à gratia excitanti, & adjuvanti oriatur; sess. 11. cap. 4. illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, declarat sancta Synodus, donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsu, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo ad iustus viam sibi ad iustitiam parat &c. Conveniunt etiam in hoc, quod uterque actus tam attritionis, quàm contritionis debet esse adeò efficax, ut formaliter, vel saltem virtualiter includat propositum de cetero non peccandi, itaq; simpliciter voluntatem avertat ab effectu peccandi, aliàs enim esse non poterit sufficiens dispositio ad gratiam, cujus infusio affectus peccandi advertatur; unde sola velleitas in posterum non peccandi cum proposito manendi in pristinis peccandi occasione non est attritio penitenti, sed impenitenti, atque ideò non solum contritio, verum etiam attritio habere debet annexum formaliter, vel saltem virtualiter propositum absolute non amplius peccandi ad hoc, ut cum sacramento sit dispositio proximè gratiam inducens; unde Penitentia definitur sess. 14. cit. cap. 4. est animi dolor ac detestatio de peccatis commissis cum proposito non peccandi de cetero; dixi autem, hoc propositum esse debere annexum attritioni, & contritioni formaliter, vel saltem virtualiter, ut modò abstrahamus à controversia, quæ est inter Reventioses, & de qua postea, an requiritur explicitum, & formale propositum, quo penitens statuat amplius non peccare, vel sufficit implicitum, & virtuale, id est, imbibitum in ipsamet detestatione de peccatis commissis. Cum ergo contritio, & attritio in his rationibus conveniant, & aliis quoque conditionibus ad rationem vere penitentia necessariis inferius assignandis, nunc videndum est, in quibus differant, & quomodo ad invicem distinguantur, quod pariter non potest, nisi prius velligando utriusque essentiam, & formalem rationem, quod etiam ex pluribus Quæstionibus dependet breviter agendum.